

**Latin
Higher level
Paper 2**

Wednesday 4 November 2015 (morning)

2 hours

Instructions to candidates

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is **[44 marks]**.

11 pages

8815–2964
© International Baccalaureate Organization 2015

Answer **four** questions from **two** genres **only**. These questions should be taken from the **two** genres you have studied.

Genre: elegiac and lyric poetry

Question 1. Horace Odes 3.24.25–54

25 o quisquis volet inpias
 caedis et rabiem tollere civicam,
 si quaeret pater urbium
 subscribi statuis, indomitam audeat

30 refrenare licentiam,
 clarus postgenitis: quatenus, heu nefas
 virtutem incolumem odimus,
 sublatam ex oculis quaerimus invidi.

35 quid tristes querimoniae,
 si non suppicio culpa reciditur,
 quid leges sine moribus
 vanae proficiunt, si neque fervidis

40 pars inclusa caloribus
 mundi nec Boreae finitimum latus
 durataeque solo nives
 mercatorem abigunt, horrida callidi

45 vincunt aequora navitae,
 magnum pauperies opprobrium iubet
 quidvis et facere et pati
 virtutisque viam deserit arduae?

50 vel nos in Capitolium,
 quo clamor vocat et turba faventium,
 vel nos in mare proximum
 gemmas et lapides aurum et inutile,

 summi materiem mali,
 mittamus, scelerum si bene paenitet.
 eradenda cupidinis
 pravi sunt elementa et tenerae nimis

 mentes asperioribus
 formandae studiis.

- (a) Explain the significance of the expression *pater urbium* (line 27). Give **two** details. [2]
- (b) *quisquis ... invidi* (lines 25–32). Identify the elements that stress the importance of recognizing virtue in public. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (c) Considering this extract as a whole, outline **two** obstacles to attaining virtue. [2]
- (d) Translate *eradenda ... studiis* (lines 51–54). [3]

Genre: elegiac and lyric poetry

Question 2. Horace Odes 3.10

extremum Tanain si biberes, Lyce,
saevo nupta viro, me tamen asperas
porrectum ante foris obicere incolis
plorares Aquilonibus

5 audis, quo strepitu ianua, quo nemus
inter pulcra satum tecta remugiat
ventis et positas ut glaciet nives
puro numine Iuppiter?

10 ingratam Veneri pone superbiam,
ne currente retro funis eat rota:
non te Penelopen difficultem procis
Tyrrhenus genuit parens.

15 o quamvis neque te munera nec preces
nec tinctus viola pallor amantium
nec vir Pieria paelice saucius
curvat, supplicibus tuis

20 parcas, nec rigida mollior aesculo
nec Mauris animum mitior anguibus:
non hoc semper erit liminis aut aquae
caelestis patiens latus.

- (a) *extremum Tanain* (line 1). Locate Tanais as precisely as possible and explain its literary purpose in this extract. [2]
- (b) *ne ... parens* (lines 10–12). Explain this reference. [2]
- (c) Discuss how Horace uses his poetic technique to support the theme of the “excluded lover” in this poem. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8]

Turn over

Genre: epic

Question 3. Virgil *Aeneid* 4.105–128

105 olli—sensit enim simulata mente locutam,
 quo regnum Italiae Libycas averteret oras—
 sic contra est ingressa Venus: “quis talia demens
 abnuat, aut tecum malit contendere bello,
 si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.

110 sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam
 esse velit Tyriis urbem Troiaque profectis,
 miscerive probet populos, aut foedera iungi.
 tu coniunx tibi fas animum temptare precando.
 perge; separar.” tum sic exceptit regia Iuno:

115 “mecum erit iste labor: nunc qua ratione, quod instat
 confieri possit, paucis, adverte, docebo.
 venatum Aeneas unaque miserrima Dido
 in nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
 extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.

120 his ego nigrantem commixta grandine nimbum,
 dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt,
 desuper infundam, et tonitru caelum omne ciebo.
 diffugient comites et nocte tegentur opaca:
 speluncam Dido dux et Trojanus eandem

125 devenient; adero, et, tua si mihi certa voluntas,
 conubio iungam stabili propriamque dicabo,
 hic hymenaeus erit.”—non adversata petenti
 adnuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

- (a) Write out and scan *olli ... oras* (lines 105–106). Indicate elisions where necessary. [2]
- (b) *quis ... iungi* (lines 107–112). About what is Venus doubtful? [2]
- (c) *nunc ... erit* (lines 115–127). Outline the **three** stages of Juno's plan. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (d) Translate *conubio ... repertis* (lines 126–128). [3]

Genre: epic

Question 4. Virgil *Aeneid* 4.74–97

nunc media Aenean secum per moenia dicit,
75 Sidoniasque ostentat opes urbemque paratam;
incipit effari, mediaque in voce resistit;
nunc eadem labente die convivia quaerit,
Iliacosque iterum demens audire labores
exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
80 post, ubi digressi, lumenque obscura vicissim
luna premit suadentque cadentia sidera somnos,
sola domo maeget vacua, stratisque relictis
incubat, illum absens absentem auditque videtque;
aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
85 detinet, infandum si fallere possit amorem.
non coepiae adsurgunt turres, non arma iuventus
exercet, portusve aut propugnacula bello
tuta parant; pendent opera interrupta, minaeque
murorum ingentes aequataque machina caelo.
90 quam simul ac tali persensit peste teneri
cara lovis coniunx, nec famam obstare furori,
talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:
“egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus, magnum et memorabile numen,
95 una dolo divum si femina victa duorum est!
nec me adeo fallit veritam te moenia nostra
suspectas habuisse domos Karthaginis altae.

- (a) *nunc ... ore* (lines 74–79). Outline Dido's contrasting wishes. [2]
- (b) *post ... amorem* (lines 80–85). Outline **two** ways in which Dido gets relief from her desire for Aeneas when they are not together. [2]
- (c) Discuss how Virgil uses his poetic technique to highlight Dido's passion for Aeneas. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8]

Turn over

Genre: historiography**Question 5. Tacitus *Annals* 14.44–45**

libet argumenta conquirere in eo quod sapientioribus deliberatum est? sed et si nunc primum statuendum haberemus, creditisne servum interficiendi domini animum sumpsisse ut non vox minax excideret, nihil per temeritatem proloqueretur? sane consilium occultavit, telum inter ignaros paravit: num excubias transire, cubiculi foris recludere, lumen inferre, caedem patrare poterat omnibus nesciis? multa sceleris indicia praeveniunt: servi si prodant possumus singuli inter pluris, tuti inter anxiros, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentis agere. suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia servorum etiam cum in agris aut domibus isdem nascerentur caritatemque dominorum statim acciperent. postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra aut nulla sunt, conluiem istam non nisi metu coercueris. at quidam insontes peribunt. nam et ex fuso exercitu cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum quod contra singulos utilitate publica rependitur". sententiae Cassii ut nemo unus contra ire ausus est, ita dissonae voces respondebant numerum aut aetatem aut sexum ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium: praevaluit tamen pars quae supplicium decernebat. sed obtemperari non poterat, congregata multitudine et saxa ac faces minante.

- (a) Who are the speaker and the addressee of this speech? [2]
- (b) Translate *sed ... proloqueretur* (lines 1–3). [3]
- (c) *creditisne ... rependitur* (lines 2–12). Outline **three** arguments in favour of punishing the entire slave household. [3]
- (d) *sententiae ... minante* (lines 12–15). Give **two** objections raised by the other senators. Support your answer by quoting the Latin text. [2]

Genre: historiography**Question 6. Tacitus *Annals* 14.15**

ne tamen adhuc publico theatro de honestaretur, instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento, quo minus Graeci Latinive histrionis artem exercerent usque ad gestus modosque haud virilis. quin et feminae inlustres deformia meditari; extractaque apud nemus, quod navalii stagno 5 circumposuit Augustus, conventicula et cauponae et posita veno irritamenta luxui. dabanturque stipes quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. inde gliscere flagitia et infamia, nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit quam illa conluvies. vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum pudicitia aut modestia aut 10 quicquam probi moris reservaretur. postremus ipse scaenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus phonascis. accesserat cohors militum, centuriones tribunique et maerens Burrus ac laudans. tuncque primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustianorum, aetate ac robore conspicui et pars ingenio procaces, alii in spem potentiae. ii dies ac noctes plausibus personare, formam principis vocemque deum vocabulis appellantes; quasi per virtutem clari honoratique agere.

- (a) *instituit ... meditari* (lines 1–4). Outline **two** ways in which Tacitus shows his disapproval of the participation of nobles in the Juvenalia. [2]
- (b) *navali stagno* (line 4). Give **two** details **not** mentioned in this extract about this place. [2]
- (c) Describe Tacitus's historical method and narrative technique in relating the public response to the games. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8]

Turn over

Genre: letters**Question 7. Pliny the Younger Letters 1.12.5–9**

hunc abstinentia sanctitate, quoad viridis aetas, vicit et fregit; novissime cum senectute ingravescentem viribus animi sustinebat, cum quidem incredibilis cruciatus et indignissima tormenta pateretur. iam enim dolor non pedibus solis ut prius insidebat, sed omnia membra pervagabatur. veni ad eum Domitiani temporibus in suburbano iacentem. servi e cubiculo

- 5 recesserunt – habebat hoc moris, quotiens intrasset fidelior amicus –; quin etiam 10 uxor quamquam omnis secreti capacissima digrediebatur. circumtulit oculos et “cur” inquit “me putas hos tantos dolores tam diu sustinere? – ut scilicet isti latroni vel uno die supersim.” dedisses huic animo par corpus, fecisset quod optabat. adfuit tamen deus voto, cuius ille compos ut iam securus liberque moriturus, multa illa vitae sed minora retinacula abruptit. increverat valetudo, 10 quam temperantia mitigare temptavit; perseverantem constantia fugit. iam dies alter tertius quartus: abstinebat cibo.

- (a) *hunc ... sustinebat* (lines 1–2). In what ways did Corellius Rufus attempt to deal with his illness at different times? [2]
- (b) Translate *iam ... iacentem* (lines 3–4). [3]
- (c) *veni ... digrediebatur* (lines 4–6). Give **three** details about the circumstances of Pliny's visit on this occasion. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (d) *increverat ... cibo* (lines 9–11). How did Corellius Rufus deal with his illness as it worsened at the end of his life? Support your answer by quoting the Latin text. [2]

Genre: letters**Question 8. Pliny the Younger Letters 7.33.6–10**

tum ego: “si fixum tibi istud ac deliberatum, sequar te ut, si qua ex hoc invidia, non tantum tua.” venimus ad consules; dicit Senecio quae res ferebat, aliqua subiungo. vixdum conticueramus, et Massa questus Senencionem non advocati fidem sed inimici amaritudinem implesse, impietatis reum postulat. horror omnium; ego autem “vereor” inquam, “clarissimi consules,

- 5 ne mihi Massa silentio suo praevaricationem obiecerit, quod non et me reum postulavit.” quae vox et statim excepta, et postea multo sermone celebrata est. divus quidem Nerva – nam privatus quoque attendebat his quae recte in publico fierent – missis ad me gravissimis litteris non mihi solum, verum etiam saeculo est gratulatus, cui exemplum – sic enim scripsit – simile antiquis contigisset. haec, utcumque se habent, notiora clariora maiora tu facies;
- 10 quamquam non exigo ut excedas actae rei modum. nam nec historia debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit.

- (a) Give **two** details **not** found in this extract about the legal action Pliny and Senecio take against Massa. [2]
- (b) Give **two** reasons why Pliny is proud to have received the letter from Nerva. Support your answer by quoting the Latin text. [2]
- (c) Describe how Pliny’s literary style enhances his portrayal of the events presented in the extract. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8]

Turn over

Genre: philosophy

Question 9. Lucretius 3.370–390

370 illud in his rebus nequaquam sumere possis,
Democriti quod sancta viri sententia ponit,
corporis atque animi primordia singula primis
adposita alternis, variare ac nectere membra.
nam cum multo sunt animae elementa minora
375 quam quibus e corpus nobis et viscera constant,
tum numero quoque concedunt et rara per artus
dissita sunt, dum taxat ut hoc promittere possis,
quantula prima queant nobis injecta ciere
corpora sensiferos motus in corpore, tanta
380 intervalla tenere exordia prima animai.
nam neque pulveris inter dum sentimus adhaesum
corpore nec membris incussam sidere cretam,
nec nebulam noctu neque arani tenvia fila
obvia sentimus, quando obretimur euntes,
385 nec supera caput eiusdem cecidisse vietam
vestem nec plumas avium papposque volantis,
qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim,
nec repentis itum cuiusvis cumque animantis
sentimus nec priva pedum vestigia quaeque,
390 corpore quae in nostro culices et cetera ponunt.

- (a) Identify **one** similarity and **one** difference between Lucretius's and Democritus's doctrine of the soul. [2]
- (b) Write out and scan *corporis ... membra* (lines 372–373). Indicate elisions where necessary. [2]
- (c) *nam ... animai* (lines 374–380). Outline the ways in which the atoms of the soul differ from those of the body. Support your answer by quoting the Latin text. [3]
- (d) Translate *nam neque ... sentimus* (lines 381–384). [3]

Genre: philosophy**Question 10. Lucretius 3.459–483**

huc accedit uti videamus, corpus ut ipsum
460 suspicere inmanis morbos durumque dolorem,
sic animum curas acris luctumque metumque;
quare participem leti quoque convenit esse.
quin etiam morbis in corporis avius errat
saepe animus; dementit enim deliraque fatur,
465 inter dumque gravi lethargo fertur in altum
aeternumque soporem oculis nutuque cadenti;
unde neque exaudit voces nec noscere voltus
illorum potis est, ad vitam qui revocantes
circum stant lacrimis rorantes ora genasque.
470 quare animum quoque dissolui fateare necesset,
quandoquidem penetrant in eum contagia morbi;
nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest,
multorum exitio perdocti quod sumus ante.
et quoniam mentem sanari corpus ut aegrum
475 et pariter mentem sanari corpus inani
denique cor, hominem cum vini vis penetravit
acris et in venas discessit diditus ardor,
consequitur gravitas membrorum, praepediuntur
crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens,
480 nant oculi, clamor singultus iurgia gliscunt,
et iam cetera de genere hoc quae cumque secuntur,
cur ea sunt, nisi quod vehemens violentia vini
conturbare animam consuevit corpore in ipso?

- (a) *huc ... esse* (lines 459–462). Outline the premises behind the conclusion that the soul dies. [2]
- (b) Write out and scan *nam ... ante* (lines 472–473). Indicate elisions where necessary. [2]
- (c) Describe how Lucretius's poetic technique enhances the discussion of the diseases of the soul in this extract. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8]
-